Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

speculū debere locis monachis pomnem
modum. Dixit quidam patrum. Si mansi
rit operarius in loco ubi non sopariri. non
potest pficere. Hec enim uirtus operarii
certare ut a opere non minuat; nam piger
si manserit cum operario pficit. et si non.
descendit inferius. Virtute uerbo et opibus
bonis confirmare.
Dixit quidam senex. Quia homo si uerbum quidem
habeat. opera autem non habeat. assimilabitur
arbori habenti folia. fructum autem non. Sicut
enim arbor fructib; plena. et iam foliis uirens.
ita et sermo consequitur hominem qui ha
bet opera bona. Id est non uerba sed opa fructus
Dixit senex. Non necesse est uerba tantum.
Sunt enim multa uerba in hominib; tem
pore hoc. sed opera necessaria sunt; hec enim
querunt. non uerba que non habent fructum.
Dixit sancta sincletice. Id est non doceat qui pactiua non
Periculosum nanq; est si ille qui p. ascendit.
actiua non uenit temptet ut doceat. Sicut
enim si quis domum habeat fragilem. et suscipiat peregrinos magis nocuit ei ruina
domus. ita et isti nisi prius caute se actiue uite exercitatione edificauerint.